



LIVIA à metropoli eiusdem in ea nominis sic appellata, de ea vero hæc refert Munsterus. Eo tempore quo Cæsar Iustinianus rerum est potitus, anno scilicet Christi 711 fuit in regione Cliueni, vnicā domini illius terræ filia, Beatrix nomine, quæ amplissimam habuit ditionem, quin & Castellum Neomagus cum attinentijs eius erat illius. extruxit quoque castellum, & appellavit nomen eius Cleuam. Huic ergo nomini rationem dedisse credibile est, cliuum seu collem, in quo situm est castrum, vocant enim inferiores Germani collem vernacula sua lingua ein Cleff. Aliam tamen nominis huius rationem assert Robertus Cenalis, de re Gallica lib. 2. periodoch 3. Aiunt (inquit) eos qui hodie Cleuenles dicuntur, sic appellatos à clavis quas gestabant Guinenles iussu Rodolphi, quasi dicas Clauenses, qui clavas gestarent, nunc verò Cleuenses. prior tamen ratio probabilior est ac verisimilior. Cliuem verò du- catum Grinnes aliquando tenuere, qua Geldriæ vicina est: vbi Groensteine vicus no- minis vestigium retinetur, si modò non à viriditate nome suum habet. Con- tinet hic ducatus præter metropolim Cliuiam plures etiam vrbes & oppida: Rees opp. dextram Rheni ripam obtinet, ac paulò inferius Griet sinistram ripam tuctur. hanc ex eadem parte sequitur Griethusum, in principio agri Batauorum, iuxta Lobeckam arcem, quam cursus extremitatem seu angulum dici volunt, loop enim cursum infe- rioribus Germ. sonat & eck angulum significat. ibidem Rhenus in tria exit cornua seu ostia. Griethusio in altera ripa opponitur Embrica, quam olim Asciburgium putant vocatum, vrbis egregia, & celebri gymnasio clara, in meditullio sere regionis sunt Cal- caria, Genapitium & Goch Xanthum vrbs itidem amœna in sinistra Rhetii ripa, vetu- statis & antiquitatis multum præ se ferens: quod testatur tophus lapis, incolis Toeff- stein dictus, ingenti ibi copia collectus, dum enim arua aratro proscindunt agricolæ, magnos huius lapidis aceruos studiole congestos Brabantis magno lucro vendunt, quo cæmentum ipsi conficiunt, cuiusmodi nusquam alibi reperi i persuasum est. Da- rast vocant: eo siquidem & aquæductus ac canales, nonnunquam & integrâ penuria subterranea, ut ab aquarum eruptione tutæ sint, & quicquid tandem solidata ac maxi- mè obturatum cupiunt, collinunt: quauis enim calce indurata hæc materia est solidi- or, est autem lapis is subcinerius cauernosus ac durissimus, ex quo hæc loci à Roma- nis aliquot insigne structuras, ædificia seu propugnacula erecta fuisse, quæ postmo- dum iniuria temporum vastata ac destructa sunt, suspicio est, quod ibidem non nasca- tur, verum a iudeo importatus videatur. Cœpit idem etiam nuper effodi iuxta Neo- magum, vbi aliquoties eius partes erutæ sunt forma quadrata quinque pedali: verùm cum cauernosus sit lapis, ita vt charæcteres inscribi ægrè queant, iuxta reperti sunt la- teres cocti, seu tegulae, quibus Romana litera, monumenta quedam insculpta füere: iisque vnicæ tantum linea recta ad pedem montis iuxta Meram flu. effodiuntur. vnde non obscura est conjectura fuisse ex eo extructa aut propugnacula quedam aut alia ædificia, quin ipsa etiam arx Nouiomagensis quam Carolus s olim restaurauit semi- dirutam, eodem lapide exstructa fuit. V Vesalia vrbis elegans, munita & populosæ, a- quis, propugnaculis & valido murorum ambitu adeo instructa, magnos vt spiritus incolis gignat: sru ad negotiationem opportuno excellit, vnde magnis & operosis ædificijs, opu affluentia, mercatura celebri, ceterisque fortunæ bonis nostra memo- ria mirandim in modum excrevit. ad alterius superioris differentiam, quæ in fini- stro Rheni latere cum vicina Bopardia Treuirensi Archiprætuli paret, V Vesalia in- ferior dicitur. Ex præterfluente Lippia fluuio cōmoditates haud pénitendas precipit, qui sinistrum eius latus aliens statim Rheno consociatur. Cliucam porrò hanc

V Vesalam



V Vesaliam Duces sui varijs diuerso tempore ornamentiſ, animis heroicis exornantur; Eberhardus Comes Cliuæ & Teiſerbantæ nonus (hic enim Teiſerbantæ Comitatus ad Cliuæ pertinebat, cuius termini erant totum id quod inter Mosam, Vahalim atque Rhenum Situm est, vbi hodie insignia sunt dominia) pius & iulfus princeps collegium V Vesaliense fundauit, anno 1225. Sub Arnoldo 2. decimo septimo Com. Cliuæ, Godefridus & Otto Comites Cappenbergenses Monasterium V Vesaliense Virginū extra muros fundarunt. Teodoricus octauus, Cliuæ comes 24 Rudolpho Habsburgensi Imp. militauit contra Imperij hostes, cui Cesar cum uxore dotem dedit V Vesaliam urbem, & castrum cum praefectura Ringenbergh, & villis adiacentibus, prodijt ex hac urbe Arnoldus ille V Vesaliensis. Græcus, Poeta, & historicus egregius. Non longe hinc Teutoburgū, vbi Romani cū Germanis conflixerūt, hodie Deusburg vocatur, multum vetustatis præse ferens, habet etiamnum sylam ingentem, quæ à ciuitate nomen seruat, quemadmodum olim Teutoburgensis saltus non longe à Rheno fuisse describitur, vbi Arminius Germanorum dux Quintiliū Varum cum duabus legionibus fudit, signaque Römana sub terram defodit. E regione huius ciuitatis haud procul à Rheni sinistra ripa Comitatus Müers est, à primario, in eo, oppido sic cognominatus. Ager utrumque frumenti fertilis, paucis letus, vinum non gignit, montibus nonasperatur, vnde & minima rarum sterilis est. Fluminibus rigatur Reno, Naris, Rori, Lippia, alijsque fluuiolis obscurioribus.

